



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad  
Annum 1746

**Luxemburgi, 1752**

XV. Canonici, & Moniales Ordinis Hospitalarii S. Spiritus, in Hispaniarum, &  
Poloniæ Regnis commorantes , a jurisdictione Præceptoris Generalis S.  
Spiritus in Saxia de Urbe eximuntur, & Locorum ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

ANNO  
1741.  
tantum comprehendit,  
qui a præmissis defini-  
terint.

Derogat cō-  
trariis.

Eciā Indul-  
to, quod quis  
excommuni-  
cari non pos-  
sit, nisi facta  
ejusdem In-  
dulenti men-  
tione.

Affixio præ-  
sentium in  
Urbe vim ha-  
bear perfonalis præsen-  
tationis.

Mandat præ-  
fentes annua-  
tum publica-  
ri per quolibet Pra-  
latis in pro-  
priis Eccle-  
siis.

absolutionem, etiam solemniter per Nos fa-  
ciendam, prædictos excommunicatos sub præ-  
sentibus comprehensos, nisi prius à præmissis  
cum vero proposito ulterius similia non com-  
mittendi, defiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, sta-  
tuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes,  
constitutiones, pragmáticas, & decreta hujus-  
modi publicè revocarent, & ex Archiviis, seu Capitularibus Locis, aut Libris, in quibus  
annotata reperiuntur, deleri, & cassari, ac  
Nos de revocatione hujusmodi certiores fece-  
rint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, qui etiam per hujusmodi absolu-  
tionem, aut quoq[ue]cumque alios actus contrari-  
os, tacitos, vel expressos, ac etiam per pa-  
tientiam, & tolerantiam nostram, vel Succel-  
lorum Nostrorum quantoq[ue] tempore con-  
tinuatam, in præmissis omnibus, & singulis,  
ac quibuscumque iuribus Sedi Apostolica, ac  
Sanctæ Romanæ Ecclesie undecim, & quan-  
doq[ue]cumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus  
præjudicari posse, aut debere.

Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, in-  
dultis, & literis Apostolicis generalibus, vel  
specialibus, supradictis, vel eorum aliqui, seu  
aliquibus aliis, cuiuscunq[ue] ordinis, status,  
vel conditionis, dignitatis, & præminentia  
fuerint, etiam si, ut præfertur, Pontificali, Im-  
periali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, &  
mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Re-  
gnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à præ-  
dicta Sede, ex quavis causa, etiam per viam  
contrafactus, aut remuneratio[n]is, & sub quavis  
alia forma, & tenore, ac cum quibuslibet clau-  
sulis, etiam derogatoriariu[m] derogatoriis con-  
cessis, etiam continentibus, quod excommuni-  
cari, anathematizari, vel interdicti non possint  
per Literas Apostolicas non facientes plenam,  
& expressam, ac de verbo ad verbum de pri-  
vilegiis, indulgentiis, & indultis hujusmodi,  
ac de Ordinibus, locis, nominibus propriis,  
cognominibus, & dignitatibus eorum mentio-  
nem, necnon coniudicinibus, etiam immorabilibus,  
ac præscriptionibus quantumcumque longissimis,  
& aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ con-  
tra hos nostros Processus, ac sententias, quo-  
minus includantur in eis, se juvare valeant,  
vel tueri, que omnia, quoad hoc, eorum om-  
nium tenores, ac si de verbo ad verbum, ni-  
hil penitus omisso, infererentur, præsentibus  
pro expressis habentes, penitus tollimus, &  
omnino revocamus, ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

Ut verò præsentes nostri Processus ad publi-  
cam omnium notitiam facilius deducantur, char-  
tas, seu membranas Processus ipsos contine-  
tes, valvis Basiliæ Sancti Joannis Lateranen-  
sis, & Basiliæ Principis Apostolorum de Urbe  
appendi faciemus, ut ii, quos Processus hujus-  
modi concernunt, quod ad ipsos non perver-  
nent, aut quod ipsos ignoraverint, nullam  
possint excusationem prætender, aut ignoran-  
tiæ allegare, cum non sit verisimile, id re-  
manere incognitum, quod tam patenter om-  
nibus publicatur. Insuper, ut Processus ipsi,  
& præsentes literæ, ac omnia, & singula in  
eis contenta eò fiant notiora, quòd in pleris-  
que Civitatibus, & locis fuerint publicata, uni-  
versis, & singulis Patriarchis, Primatis, Ar-  
chiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis,  
& Prelatis ubilibet constitutis, per hæc scripta  
committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ  
directè præcipiendo mandamus, ut per se, vel  
alium, seu alios, præsentes literas, postquam  
eas receperint, seu earum habuerint notitiam,  
semel in anno, aut si expedire viderint, etiam  
pluri[m] in Ecclesiis suis, dum in eis major Po-

puli multitudine ad divina convenerit, solemini-  
ter publicent, & ad Christifidelium mentes re-  
ducant, nuncient, & declarant.

Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episco-  
pi, aliquique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum  
Pralati, necnon Rectores, ceterique curam  
animarum exercentes, ac Presbyteri seculares,  
& quorūvis Ordinum Regulares ad audiendas  
peccatorum confessiones quavis auctoritate de-  
putari, transumptum præsentium literarum penes  
le habeant, easque diligenter legere, & per-  
cipere studeant. Volentes earumdem præsen-  
tium transumptis, etiam impressis, Notarii pu-  
blici manu subscriptis, & figillo Judicis ordi-  
narii Romana Curia, vel alterius persona in  
dignitate Ecclesiastica constituta munitis, can-  
dem prorsus fidem in judicio, & extra illud  
ubique locorum adhiberi, qua ipsi præsenti-  
bus adhiberetur, si essent exhibita, vel ofte-  
sse. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc  
paginam nostræ excommunicationis, anathema-  
tizationis, interdicti, innovationis, innodatio-  
nis, declarationis, protestationis, sublationis,  
revocationis, commissionis, mandati, & vol-  
untatis infringere, vel ei ausu temerario con-  
trahi; si quis autem hoc attentare præsumper-  
it, indignationem Omnipotens Dei, ac Beat-  
itorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-  
verit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno  
Incarnationis Domini millesimo septingente-  
simao quadragesimo primo, III. Kalendas Apri-  
lis, Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. Card. Prod. D. Card. Passioneus.

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

Loco ✠ Plumbi.

J. B. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Canonici, & Moniales Ordinis Hospitalarii S. Spiritus, in Hispaniarum, & Polonia Regnis  
comorantes, a jurisdictione Praeceptoris Generalis S. Spiritus in Saxia de Urbe eximuntur,  
& locorum Ordinariis subjiciuntur.

### BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

**S**ÆPE Romanorum Pontificum animos vehe-  
menter angit, ac follicitat ea cura, & co-  
gitatio, ne gratis, favores, & privilegia ex  
prudenti Apostolici regiminis dispensatione in  
animarum salutem, & spiritualem Christifide-  
lium profectum, & edificationem, eorum præ-  
fertim, qui sub suavi Religionis iugo Domino  
famulantur, benigne liberaliterque impertita,  
in eorum perniciem, ac detrimentum, vel Ho-  
minum culpa, vel infernalis Hostis astutia, vel  
ipsa mutabili, ac fluxa rerum humanarum na-  
tura verrantur. Itaque nonnunquam, quæ justis  
impellentibus causis concessa sunt, rerum subin-  
de experientia suadente, Romana Sedes solum  
Deum præ oculis habens, revocat, atque im-  
mutat, & provide sollicitudinis studium pruden-  
ter interponit, prout, personarum, & rerum,  
temporumque qualitatibus mature pensatis,  
conspicit in Domino salubriter expedire.

**§. 1.** Alias siquidem Romani Pontifices, &  
præfertim fel. rec. Innocentius III. in sua, quæ  
incipit: *Inter opera*: ac Nicolaus IV. in sua,  
quæ similiter incipit: *Inter opera pietatis*; &  
Sixtus IV. Prædecessores nostri in una, quæ in-  
cipit: *Et si universis*: necnon in altera, quæ  
incipit:

ANNO  
1741.  
Singuli Pra-  
lati, & ani-  
marum curâ  
habentes, ac  
simplices Co-  
fessarii has  
literas penes  
se retinere  
debeat.

Fides haben-  
da Transum-  
ptis.

Sanctio poe-  
nalis.

Dat. die 30.  
Martii 1741.

XV.

Privilegia  
Apostolica  
nonnunquam  
juxta tem-  
porum cir-  
cumstantias  
moderanda.

Quorum plu-  
ri Ordini S.  
Spiritus olim  
indulta.

A N N O  
1741.

Et præcipue  
exemptio à  
jurisdictione  
Ordinariorū,  
cum  
subjectione  
Præceptoris  
Generalis S.  
Spiritū S.  
Urbe.

Cause præ-  
sentis Con-  
stitutionis.

Hospitalarii  
dicti Ordinis  
in Regnis  
Hispaniarum  
& Poloniae  
existen-  
tia juri-  
sictione  
Præceptoris  
Generalis.

Sala pra-  
fatione an-  
nui Canonis  
Archihospita-  
larii S. Spiriti-  
tus de Urbe  
facien-

Et subjec-  
tione omni-  
moda juri-  
sictione  
Ordinariorū.

Delegata  
Ordinariis  
facultate eos-  
dem compel-  
lendi.

Moniales  
item Ordinariorū re-  
gimini sub-  
jectantur.

incipit : *Religionis zelus* : suis respectivè Constitutionibus, Regularē, & Hospitalarium Ordinem Sancti Spiritus in Saxia, ob varia, & landabilia Christiana caritatis opera, quæ ab Ordine ipso erga debiles, saucios, atque ægrotos exercentur, plurimi gratiis, indultis, & privilegiis diversis eorumdem Prædecessorum temporibus cumulaverunt; Inter quæ privilegia illud existit, per quod omnes eundem Ordinem expressè professi, una cum eorum Conventibus, Domibus, & Bonis, sub Sedis Apostolica protectione, eique immediate subjiciunt, ac ab omnimoda superioritate, jurisdictione, visitatione, correctione, & potestate Ordinariorū perpetuè exempti declarantur, & jurisdictioni, superioritati, & autoritati Præceptoris Generalis Ordinis prædicti, in hac nostra Alma Urbe apud Archihospitale Sancti Spiritus residentis, plenariè subjiciuntur.

*S. 2.* Cum autem, sicut accepimus, & diuturna experientia compertum est, non satis per ipsius Generalis Præceptoris curam, operam, & autoritatem, debitæ integritati disciplinæ eorum, qui prædicto Hospitalario Ordini adscripti reperiuntur, & procul in remotis præfertim Regionibus degunt, consuli valeat; Nos igitur, qui ad salubriorem dicti Ordinis, illumque profitentium statum precipuas Apostolicae nostræ sollicitudinis, & Pacernæ providentia dirigimus partes, & ut eorum caritas per debitum ceterarum virtutum cultum uberior efflorescat in dies coram Domino, & bonum exhibeat sanctæ conversationis odorem, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, omnes, & singulos Hospitalarios Ordinis Sancti Spiritus prædicti intra Hispaniarum Regna, ac intra Poloniæ Regnum nunc existentes, & pro tempore extituros, etiam Priores, vel Præpositi, aut Canonici nuncupati dicti Ordinis, & five in Conventibus, aut Hospitalibus, aut Prioratibus, & Præceptoris, five extra Conventus, Hospitalia, Prioratus, & Præceptoris nunc commorantur, vel pro tempore commoraturi fuerint, ab omnimoda jurisdictione, & obedientia Magistri, seu Præceptoris Generalis Archihospitalis Sancti Spiritus in Saxia de Urbe, non tamen quoad solutionem anni Canonis à Conventibus prædicti Ordinis dicto Archihospitali Sancti Spiritus, tanquam Capiti Ordinis Hospitalarii hujusmodi, persolvit confuetam, quam semper firmam & illæsam esse, & perinde ac si præsentes à nobis minime emanarent, perfolvi volumus, motu proprio, ex certa scientia, matura deliberatione nostris, deque Apostolicae nostra potestatis plenitudine tenore præsentum eximus, & liberamus, eosque sic exemptos, & liberatos visitationi, correctioni, & omnimoda jurisdictioni Ordinario- rum Locorum, in quibus Ordinem Hospitalarium professi nunc existunt, & pro tempore exteirent, eadem Apostolica Auctoritate etiam perpetuò per easdem præsentes subficiens, eisque subjacere volumus, ac semper subjectos esse decernimus, statuimus, & mandamus. Necnon Ordinariis prædictis, & eorum cuiilibet, ut ipsi, tanquam à Sede Apostolica delegati, rebelles, & eis subjacere renuentes, per Censuras Ecclesiasticas ad se subjiciendos compellere libere, & licite valeant, facultatem concedimus, & impertimus.

*S. 3.* Insuper Moniales ejusdem Ordinis Sancti Spiritus in prædictis Hispaniarum Regnis, & Poloniae Regno existentes, tam in spiritu- libus, quam temporalibus, curæ, & regimini, & omnimoda Ordinariorū prædictorum, in quorum Diœcesis ipsarum Monasteria sita reperiuntur, jurisdictioni pariter perpetuò eadem Apostolica Auctoritate subficiimus, & subjectas

esse volumus; eisque propterea à quacumque Fratrum Hospitaliorum Ordinis prædicti subjectione, & regime penitus, & omnino dicta auctoritate similiter perpetuò tenore eundem præsentum eximus, & liberamus: eisdemque Fratribus, ne ipsi in iis, quæ Monasteriorum predicatorum gubernium, & regimen quodolibet pertinent, in posterum, sub excommunicationis, ac privationis utriusque vocis, aliusque arbitrio nostro imponendis poenis, se ullenus ingerere audeant, Apostolica Auctoritate prædicta, eundem præsentum tenore etiam perpetuò inhibemus, penitusque prohibemus.

*S. 4.* Omnes autem, & singulos Ordinem Hospitalarium prædictum professos, in Hispaniarum Regnis, & in Polonia Regno nunc, & pro tempore existentes, & in eisdem Regnis pro tempore commorantes, in virtute sanctæ obedientia monemus, ut eodem Ordinarios, tanquam Sedis Apostolica Delegatos, pro debita Nobis, & Apostolica Sedi reverentia, congruo honore, & convenienti obfervantia, promptaque obedientia venerentur; ipsos quoque Ordinarios hortamur in Domino, ac per Vicera Micerordiae Dei nostri requirimus, ut Ordinem Hospitalarium hujusmodi profitentes paterno amore prosequentes, benevolè traſtent, ac benignè fovent, seque illicis pia munificencia liberales exhibeant, ac in omnibus prædictis tanquam in Agro Dominico cooperatores, & laboris participes, congrua benignitate recipiant, eorumque jura omni studio, & cura custodian, atque tueantur, ut ipsi Ordinem Hospitalarium hujusmodi profitentes, quorum opera, veluti luce næ ardentibus in conspicuo loco positæ, omnibus Christifidelibus erga miseros, & afflitos vulneribus, morbis, variisque ægritudinibus corporis, & nonnunquam simul etiam animi, languentes, caritatis lumen præbère debent, ad Dei laudem, & Fidei Catholicae exaltationem, & animalium salutem, in tam sublimi, excellentiæ virtute de die in diem proficientes, exinde à largissimo bonorum omnium retributoré Domino perennis vita præmium consequi mereantur.

*S. 5.* Ac demum Constitutioni pia memoria Benedicti Papæ XIII. similiter Prædecessoris nostri edita sub datum Idibus Februarii Anno Incarnationis Dominae millesimo septingentesimo vicefimo-sexto, Pontificatus sui Anno secundo, & que incipit : *Sacra : inherentes, transitum prohibemus a quocumque Regulari, & Clauſtrali Ordine ad prædictum Hospitalarium Sancti Spiritus in Saxia nuncupatum Ordinem, nisi servata in omnibus, & per omnia, & quoad omnia, forma, & tenore dictæ Constitutionis prædicti Benedicti Prædecessoris, quam potiori pro cautela etiam quoad prædictum Ordinem Hospitalarium Sancti Spiritus in Saxia nuncupatum extendimus per præsentes, & ampliamus, eamque omnino servandam esse, auctoritate, motuque nostris prædictis, eundem tenore præsentum declaramus, & statuimus.*

*S. 6.* Præsentes quoque nostras literas, nullo unquam tempore, etiam ex eo, quod Præceptorias, Prioratus, & alia Beneficia dicti Ordinis Hospitalarii in Hispaniarum, & Polonia Regnis prædictis obtinentes, & in dictis Regnis existentes, vel quicunque alii in præmissis interessu quomodolibet habentes, eisdem præmissis expressè non consenserint, nec ad id vocati, aut requisiti, ac omnes causa, propter quas eadem præmissa emanaverint, examinata, verificata, & approbatæ fuerint, seu etiam enormis, vel enormissimæ, & totalis lesionis, aut alio quovis prætextu, & ex quocumque capite, aut quavis causa, vel occasione quantumcumque notabili, & juridica, etiam necessariò

A N N O

1741.

Et eximun-  
tur à regim-  
mine Fratru-  
Hospitalario-  
rum.

Cum inhibi-  
tione, ne illi  
amplius in  
earum gu-  
bernia se im-  
misceant.

Et præcepto  
obedienti  
Ordinariis  
tanquam Se-  
dis Aposto-  
licæ delega-  
tis.

Quibus præ-  
dicti Ordinarii  
Profes-  
sores eorum-  
que jura eni-  
me comen-  
dantur.

Constitutio  
Bened. XIII.  
super tran-  
ſitu ab aliis  
Ordinibus  
Regularibus  
ad Ordines  
Hospitala-  
rios, innova-  
tur, & ad  
Ordinē San-  
cti Spiritus  
expressè ex-  
tenditur.

Clauſule fa-  
luitates.

ANNO  
1741.

exprimenda, intentionis nostræ, vel alio quo-  
cunque defecu, notari, impugnari, in toto,  
vel parte rescindi, retractari, annullari, invalidi-  
dari, in jus, vel controversiam vocari, ad ter-  
minos juris reduci, seu adverfus illas quodcumque  
juris, facti, vel gratia remedium impetrari  
posse, minufque sub quibusvis similibus, vel dis-  
similibus gratiarum revocationibus, suspensioni-  
bus, limitationibus, modificationibus, derogationi-  
bus, & aliis contrariis dispositionibus à No-  
bis, seu quibusvis aliis Romanis Pontificibus Su-  
cessoribus nostris, ac dicta Sede, etiam motu,  
scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac  
Consistorialiter pro tempore emanatis, nullatenus  
comprehendi, nec comprehensas censerit, sed  
semper ab illis exceptas, & contra quascumque  
alias exceptiones quantumvis graves, omnino,  
& semper validas, & efficaces fore, & esse,  
suoſque plenarios, & integros effectus sortiri, &  
perpetuo ſuffragari in omnibus, & per omnia,  
ac ſi vocatis omnibus, & singulis, quorum inter-  
est, de illorum conſenu emanarent; neque Lo-  
corum Ordinarios praeditos, nunc, & pro tem-  
pore existentes, vel alios quoſcumque, ad præ-  
misa in toto, vel in parte verificanda, seu pro-  
banda ullo unquam tempore teneri, nec ad id  
quavis neceſſitate cogi, aut compelli posse; sed  
folam earumdem prætentis narrationem abſque  
alia verificatione, vel probatione ſufficere, eis-  
que in iudicio, & extra illud ſtari, nec aliquam  
probationem, seu exceptionem cuiusvis naturæ,  
& ſpecie illa fit, vel fuerit, in contrarium ad-  
duci, vel admitti. Sicque, & non aliás, per quoſcumque  
Judices Ordinarios, & extraordianrios  
quacumque facultate fungentes, etiam Caſarum  
Palatii nostri Apoſtolici Auditores, necnon S.  
R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, Vi-  
ce-Legatos, dictaque Sedis Nuncios, ſublata  
eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi,  
definiendi, & interpretandi auctoritate, in qua-  
vis cauſa, & instantia iudicari, & definiri debe-  
re, ac quicquid fecus ſuper hi à quoqum qua-  
vis auctoritate ſcient, vel ignoranter contingi-  
re, ac attentari, irritum, & inane decernimus. Non  
obſtantibus Noſtra, & Cancellaria Apoſtolica  
regula de jure queſio non tollendo, necnon præ-  
dictis Innocentii, Nicolai, & Sixti Prædeceſſo-  
rum noſtrorum quod præmisa dumtaxat, aliisque  
Apoſtolicis, ac in Universalibus, Provinci-  
alibus, & Synodalibus Concilis editis speciali-  
bus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordina-  
tionibus Apoſtolicis, necnon Ordinis Hospi-  
talarii Sancti Spiritus in Saxia, illiusque Praecep-  
toriarum, Prioratum, & Conventuum, ac Mo-  
nialium Monasteriorum in Hispaniarum, & Po-  
loniarum Regni prædictis exiſtentium, etiam iuramento,  
confirmatione Apoſtolica, vel quavis fir-  
mitate alia reſpectiue roboratis ſtatutis, conſe-  
tudinibus, ſtabilitmentis, uſibus, naturis, ere-  
ctionibus, iuſtitutionibus, & exemptionibus, pri-  
vilegiis quoque, induſtis, & literis Apoſtolicis,  
illis, eorumque Praeceptoribus, Prioribus, &  
Fratribus, ac Abbatifis Monasteriorum prædicto-  
rum, illorumque Monialibus, & reſpectiue per-  
fonis, ſub quibuscumque tenoribus, & formis,  
ac cum quibusvis etiam derogatoriariuſ dero-  
gatoriis, aliisque efficacioribus, & inſolitis clau-  
ſulis, necnon irriſantibus, & aliis decretis per  
prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pon-  
tifices ſimiliter Prædeceſſores, motu, scientia,  
& potestatis plenitudine paribus, ac ex certis  
tunc expreſſis, etiam Consistorialiter propositis,  
& diligenter examinatis cauſis, confeſſis, ap-  
probatis, & innovatis; quibus omnibus, etiam  
pro illorum ſufficienti derogatione aliás de il-  
lis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpe-  
cifica, expreſſa, & individua, ac de verbo  
ad verbum, non autem per clauſulas genera-  
les idem importantes, mentio, ſeu quavis alia

expressio habenda, aut aliqua alia exquita for-  
ma ad hoc fervanda fore, tenores hujusmodi,  
ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo,  
& forma in illis tradita obſervata, inſerta eſſent,  
prætentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis  
habentibus, illis aliás in ſuo robore permanfuris,  
hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac la-  
tiffime derogamus, ceterisque contrariis qui-  
buscumque.

§. 7. Ceterum, quia difficile foret prætentis  
noſtras Literas ad ſingula loca, ubi opus eſſet,  
deſſeri, volumus, ut earam exemplis, etiam im-  
preſſis, manu tamen Notarii publici ſubscriptis,  
vel aliquid Personæ in dignitate Eccleſiaſtica  
conſtituta Sigillo munitis, eadem pro rorū fides  
adhibetur, qua prætentibus adhibetur ſi forent  
exhibita, vel oſtenſa. Nulli ergo omnino  
hominum licet hanc paginam noſtri Decreti,  
Constitutionis, derogationis, ſubjeſtionis, & vo-  
luntatis infringere, vel ei auſu temerario contrarie-  
re; ſi quis autem hoc attentare præsumperit, in-  
dignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, &  
Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſum.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem An-  
no Incarnationis Dominicæ millesimo septen-  
gentesimo quadragesimo primo, Nonis Aprilis,  
Pontificatus Noſtri Anno Primo.

D. Card. Paſſioneus.

X. Sub-Datarius.

VISA DE CURIA.

N. Antonellus.

A. S. Sifti.

Loco ✠ Plumbi.

Registrata in Secretaria Breuium.

Admonitio ad Episcopos in Polonia Regno con-  
ſtitutos, ut cautiuer procedant in admittendis  
conjugiorum diſſolutionibus.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, &  
Episcopis Regni Polonie.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabiles Fratres, ſalutem, & Apoſtolicam  
Benedictionem.

MATRIMONII perpetuum indiſſolubilem  
que nexum, cuius firmitatem ab Adamo  
tanto ante pronuntiatam Christus Dominus, &  
hi verbis, quod Deus coniunxit, homo non ſepa-  
ret, confirmare, & Evangelica gratia, unde  
magnum in Ecclesia Sacramentum eſt, augere  
dignatus fuit, tanta facilitate, perinde aci ne-  
que lege naturæ, neque Divino Jure, neque  
Evangelicis præceptis, & Canonis Sanctionibus  
initum eſſet Connubium, in aliquot Catholi-  
ci Orbis partibus, atque in iſto præterim flo-  
rentissimo Polonia Regno in dies diſſolvi au-  
diētes; neque lacrymis, neque verbis explicare  
poſſumus allatam inde Nobis incredibilem ſolli-  
citudinem, conceptamque in Pontificio animo  
Noſtro ingentem moleſtiam. Etsi autem pluri-  
mum dolentes, facil adducimur, ut credamus  
hujusmodi diſſolvendorum Conjugiorum licen-  
tiam, propter quam, non ſine gravi bonorum  
offenſione, ſive vir unus, ſive mulier una, pluri-  
bus viſiſim adhuc viventibus ſibi antea copu-  
latis Conjugibus, tertium, aut quartum matri-  
monium contrahere cernitur, a nimia Curiarum  
veſtrarum libertate, quemadmodum alibi evenire  
aceperimus, ortum ducere; tamen facere non  
poſſumus, quin iuſtissimas ad vos, Venerabiles  
Fratres, querelas noſtras deferamus; atque in-  
ſimul tantæ licentia refranndæ, & intra pre-  
ſcriptos a Catholica Ecclesia fines coercendæ,  
ſalutares Leges modum meditemur.

§. 1. Ad

ANNO  
1741.

De prælen-  
tium exem-  
pliſ, five  
tranſumptis.

Sanctio.

Dat. die 5.  
April. 1741.

XVI.

Matrimonii  
jure natura-  
li, Divino,  
& Canonico  
indiſſolubile.

Eiujdem diſ-  
ſolvenſi fa-  
cilitas im-  
probatur.

Sublata ali-  
ter judican-  
di facultate.

Derogatio-  
nes genera-  
les, &  
particulares.